

quidem filiam baptizatam, utpote quæ hoc impedimentum vere contraxit, ducere in uxorem, licet conversus ad fidem; bene tamen ejus matrem, etiam si ambo converterentur, cum neuter eo tempore, quo infans baptizabatur, legitus Ecclesiæ subiectus esset, & capax cogitationis spiritualis. Tertio requiritur, ut compater & commater teneant eum, qui baptizatur; aut confirmatur, vel saltem de manibus baptizantis eum immediate suscipiant, ut declaratum fuit a Congregatione Cardinalium, quæ respondit, commatrem suscipientem infantem de manu compatris duntaxat, postquam ille baptizatus, & a fonte levatus est, ita ut eum non tangat, dum baptizatur, neque de manu ipsius baptizantis suscipiat, nec contrahere cognationem spiritualem, ut habetur in Declarationibus impressis Lugduni cum textu Concilii anno 1642. ad cap. 2. Decreti de reform. Matrimonii sess. 24. num. 8. §. In Episcopatu.

49 Adiant aliqui, requiri ut suscipiens respondeat in Catechismo, qui Baptismo præmittitur; atque per se ipsum, non per procuratorem suscipiat. Sed primum dicitur sine fundamento, cum Tridentinum hanc conditionem non requirit, sed tantum officium tenendi in Baptismo, quod est diversum ab officio respondendi in Catechismo, & olim diversam cognationem spiritualem pariebat, non irritantem, sed prohibentem Matrimonium, ut disp. præcedenti art. 1. declaravimus. Secundum vero repugnat aperte declarationi Cardinalium, loco supra citato, n. 4. quæ sic habet: *Procurator non contrahit cognationem spiritualem sibi, sed mandavit. Itaque mandans & suscipiens per procuratorem, cognationem contrahit, non vero ipse procurator, cum non suo, sed mandantis nomine, infantem suscipiat.*

§. III.

De Cognatione legali.

50 Cognatio legalis definitur propinquitas ex adoptione alicujus in filium proveniens, & contrahitur primo inter adoptatum & adoptantem. Secundo inter adoptatum, & conjugem adoptantis. Tertio inter adoptantem & conjugem adoptati. Quarto inter adoptantem & legitimos filios adoptati, saltem usque ad quartum gradum inclusive: simili enim modo mestendi sunt gradus cognationis legalis, ac cognationis carnalis, quam illa imitatur. Est etiam inter adoptatum, & legitimos filios adoptantis, usque ad quartum gradum, non tamen perpetua, sed quamdiu durat adoptio, & dum filii legitimi sunt sub patris potestate.

51 Hæc vero species cognationis legalis singula dirimunt Matrimonium jure Ecclesiastico, & Civili, nam capite unico de cognatione legali, sic dicitur: *Si qua per adoptionem tibi foris esse coeperit, quamdiu durat adoptio inter te & ipsam, nuptiæ consistere non possunt.* Et in cap. Ita diligere, Nicolaus Summus Pontifex determinans quod non potest esse conjugium inter illos, inter quos est cognatio spiritualis, id probat hac ratione: *Si inter eos non contrahitur Matrimonium, quos adoptio jungit, quanto potius a carnali oportet inter se contubernio cessare illos, quos per esse sacramentum regeneratio Sancti Spiritus jungit.* De hoc impedimento fuit differant Sanchez, Pontius, Amicus, & alii: Sed cum illud rarissime accidat, non lubet, nec expedit in eo diutius immorari.

ARTICULUS IV.

De impedimento criminis.

52 Quintum impedimentum dirimens, est crimen, per quod intelligitur primo occisio alterius conjugis, quæ impedit ne conjux superstes, possit Matrimonium inire cum auctore necis, si cum eo machinatus est mortem, vel si antea adulterium cum eo commisit, etiam sine mortis machinatione. Hoc impedimentum incurritur non solum a viro uxorem occidente, sed etiam ab uxore occidente virum, vel mandante ut occidatur, aut consiliu auxiliumve ad occidendum præbente, ut constat ex cap. 1. de conver. infid. in quo dicitur, hoc impedimentum incurrisse uxores Christianas, quarum viri ipsarum infidels & machinationibus fuerant a Saracenis interfecti. Et in Concilio Tiburienti can. Si quis 31. q. 1. decretum fuit: quod si vir uxorem, sive uxor virum occidisse convicta fuerit, in perpetua penitentia, sine ulla spe conjugii, reliquum vite tempus transigerent.

53 Secundo, nomine criminis intelligitur adulterium commissum cum promissione futuri conjugii cum adultera, post obitum propriæ conjugis, vel cum ea de presenti inito contractu Matrimonii, quamvis irrito. Nam per tale crimen jure Ecclesiastico incurritur impedimentum contrahendi Matrimonium cum adultera, ut habetur can. Relictum 31. qu. 1. & fere in omnibus capitibus sub titulo, De eo qui duxit, præcipue cap. Finali, ubi sic dicitur:

Si quis uxore vivente, facta dote promissit aliam se duciturum, vel cum ipsa de fide contraxit; si nec ante, nec post (legitima ejus superstitie) cognovit eandem: quavis utriusque ipsorum, pro eo quod in hoc graviter delinquerit, sic penitentiam injungenda, non est tamen Matrimonium quod cum eo contraxit, post uxoris obitum dirimentum. Ceterum tolerari non debet, si prius, vel postea, dum viveret uxor ipsius, illam adulterio possedit. Ubi Pontifex, ut hoc impedimentum incurritur, requirit quod hæc duo inter se conjungantur, nempe adulterium, & fides de contrahendo, defunctæ propriæ uxore, aut præsens contractus cum ea quam in uxorem ducere cupit; unde si hæc ab invicem separentur, & sit adulterium sine fide de contrahendo, aut fides de contrahendo sine adulterio & carnali copula, non incurritur hoc impedimentum. Similiter, si fide data, vel contracto de præsentem matrimonio, uterque resiliat, tamen si adulterium sequatur, hoc impedimentum non contrahitur, quia fides & præsens contractus eo casu fuit extinctus. Contra vero, si post adulterium data sit fides, vel contractus sit Matrimonium, tamen id mutuo consensu dissolvatur, contrahitur hoc impedimentum; quia ad illud incurrendum sufficit, quod semel & simul fides & adulterium conjungantur; neque est postea in potestate adulterium, se a pœna quam incurrit eximere.

Ratio autem quæ Ecclesiam induxit ad statuendum 54 hoc impedimentum, fuit ne allicerentur conjuges ad machinandum mortem suis conjugibus, spe contrahendi Matrimonium cum conspiratoribus. Item ne allicerentur ad adulterium spe, vel prætextu contrahendi aliquando Matrimonium cum adulteris. Quæ ratio gravissima & æquissima est; quid enim atrocius, quam non solum fidem Matrimonii non servare, verum etiam conspirare in mortem conjugis? Et quid justius, quam vite conjugum consulere, & tam immane scelus, quale est uxoricidium, vel adulterium, condigna pœna puniri: Unde perperam contra hoc impedimentum reclamant Lutherus in libro de captivitate Babilonica, cap. de Matrimonio, & Melancthon in locis communibus, titulo de conjugio, quasi imprudenter Ecclesia Matrimonium inter adulteros, non solum prohibuerit, sed etiam irritum fecerit; cum tamen (inquiunt) David Bethabeam prius a se pollutam per adulterium, uxorem duxerit, & Uriam ejus maritum, per insidias interfecerit, 2. Regum 11. Verum (præterquamquod multa in lege Evangelica prohibentur, que in lege Moysi permissa erant, ut tolerabatur, quia per factio legis Evangelicæ hoc postulat) non apparet ex sacra historia, concurrissse omnia in Matrimonio Davidis cum Bethabea, quæ nunc per legem Ecclesiasticam requiruntur ad incurrendum impedimentum criminis. Nam nec adulterium illud fuit commissum sub spe & promissione futuri conjugii, neque post illud accessit promissio de contrahendo post mortem Uriæ, neque fuit attentatum inter illos, vivente Uriæ. Neque etiam constat, Bethabeam ullo modo conspirasse aut consensisse in mortem conjugis, ut Davidem Uriam interfecisset, ut Bethabeam duceret, quin potius ejus mortem machinatus est, ut adulterium cum Bethabea commissum occultaret, & filius, quem ex tali adulterio illa conceperat, Uriæ filius esse crederetur.

ARTICULUS V.

De impedimento disparitatis cultus.

55 Sextum impedimentum est cultus disparitas, quando scilicet Baptizatus, sive Catholicus sit, sive hæreticus, Matrimonium inire cum non Baptizata, aut vice versa; Matrimonium enim inter illos contractum, irritum esse, est persona nondum Baptizata, sit Catechumena & fidelis, constat ex antiquissima traditione Ecclesiæ, quæ ab Apostolis creditur originem duxisse; siquidem Tertullianus, qui proximus fuit Apostolis, hujus rei mentionem facit lib. 2. de uxore. Videtur etiam id fuisse constitutum, seu potius confirmatum in Concilio Niceno 1. cap. 67. ex Arabicis, ubi sic habetur: *Quicumque mulier fidelis viro infideli nuptiarum a communione fidelium separetur. Quis si penitentiam egerit maleficia, & eum virum quem habere non poterat, id est infidelem, dimiserit; non est recipienda, nisi eo modo quo recipitur qui postquam fidem negavit, ad fidem revertitur, debetque ipsa infidelem relinquere.*

Causa vero hæc Matrimonia irritanda fuit primo periculum ab orthodoxa fide prævaricandi. *Quis enim dubitet* (inquit Tertullianus lib. 2. ad uxorem) *oblitterari quotidie fidem commercio infideli? Bonos corruptum more consulationem prævat. Quæro magis conjugium & indiduo usus, &c. Secundo, difficultas suscipiendi prolem bene pieque educandi. Unde Div. Thomas hic quæst. 59. artic. 1. sic dicitur: *Principalius Matrimonii bonum est proles ad cultum Dei educanda: cum autem educatio fiat communitate per patrem & matrem, uterque secundum fidem suam**

Sed nego consequentiam, ille enim non censetur cooperari peccato alterius, qui ut fuit necessitati vel utilitati consulat, petit ab illo actum, quem potest licite præstare, si velit, vel cum illo eum exercet, ut qui peccat & accipit mutuum ab usurario, prævidens non daturum sine usura; vel qui propter famam necessitatem, aut notabilem utilitatem, petit & recipit sacramentum a Parocho, quem videt esse illicitè administratum sua culpa.

Septimum impedimentum est vis fore coactio, libertati ad valorem Matrimonii necessaria repugnans, de qua fuisse egimus supra disp. 4. art. 4. ad quem locum Lectorem remittimus.

ARTICULUS VI.

De impedimento Ordinis.

Ordinem sacrum irritare Matrimonium subsequens consequatur ex cap. 1. *Qui clericus vel uxorem, & ex cap. De lex 27. quæst. 1. ubi postquam statuit Pontifex & præcepit, ut qui post sacros Ordines uxores duxerint, ab illis separentur, subiungit causam; his verbis: *Hujusmodi namque copulationem, quam contra Ecclesiasticam regulam constaret esse contractam, Matrimonium non esse censemus.**

Hoc impedimentum est mere positive & Ecclesiasticum 63 cum, ut constat ex Trid. sess. 24. can. 9. ubi sic dicitur: *Si quis clericus in sacris Ordinibus constitutus, vel Regularis castitatem sollemniter professus, post Matrimonium contrahere, contractumque validum esse, non obstante lege Ecclesiastica, vel voti, anathema sit. Votum autem sollemne Religionis, ut artic. 2. ostendimus, jure naturali dirimit Matrimonium, quia sollemnitas talis voti consistit in perfecta traditione, sollemnitas vero voti Ordinis sacris annexi, imperfectam duntaxat traditionem, quæ Clerici ad divino cultui ad ministrandum altari participant, importat; ut docet S. Thomas 2. 2. quæst. 88. art. 11. ubi asserit non posse Pontificem dispensare in voto sollemnitate per professionem, bene tamen per susceptionem sacri Ordinis; quia (inquit) tale votum ex sola constitutione Ecclesiæ, & non essentialiter est annexum Ordini sacro; quod inde provenit, quia in tali voto est tantum traditio imperfecta; directæ enim & per se est administrandum altari, non autem absolute; sicut in professione Religionis.*

Porro in eo discrepat Græci a Latinis, quod illi, quod 64 post Matrimonium Ordinem sacrum suscipiant, possunt licite Matrimonio uti extra tempus quo altari deserviant. Illi vero, si post Matrimonium valde contractum, ad Ordines sacros ascendunt, ab usu conjugii perpetuo abstinere debent. Quæ de re plura diximus in Tractatu de Ordine disp. 3. art. 3.

Advertendum etiam, quod primis Ecclesiæ temporibus, 65 licet Ordo sacer redderet Matrimonium illicitum, non tamen reddebat invalidum, unde erat solum impedimentum prohibens, non vero dirimens, ut colligitur ex Concilio Ancyrano can. 10. ubi Presbyteri qui Matrimonium contraxerunt, tantum a ministerio deponuntur, & rediguntur ad communionem laicam, non vero ab uxoriibus separari jubentur. Item in Concilio Neocaesariensi can. 1. sic habetur: *Presbyter, si uxorem duxerit, ab Ordine deponatur. Si vero fornicatus fuerit vel adulterium perpetraverit, extra Ecclesiam abiciatur, & penitentiam inter laicos reddendus agat.* Ubi non dicitur tale Matrimonium esse irritum, jubeturque gravius puniri Sacerdos, si fornicatus fuerit, vel adulteratus, quam si Matrimonium contraxerit.

ARTICULUS VII.

De impedimento ligaminis.

PER impedimentum ligaminis intelligitur vinculum prioris Matrimonii, quod durante, jure divino, invalidum est Matrimonium secundum; tamen prius non sit carnali copula consummatum, ut desinitur Gregorius IX. cap. penultimo de sponsalibus, Alexander III. cap. Licet, & Innocentius III. cap. Finali, de sponsa duorum. Ubi Pontifex corrigi obfusum, qui in civitate Mutinensi invaluerat, ut si quis aliquam per verba de præsentem desponsasset, & ante carnalem copulam, cum alia contraxisset, ea sibi in uxorem adjudicanda foret, quam primo cognovisset.

Hoc impedimentum constat ex dictis disp. 1. artic. 3. 67 & disp. 5. artic. 1. ubi ostendimus, polygamiam, & repudium, esse a Christo in lege Evangelica sublata, & ut Matrimonio in sua prima institutione adversa, prohibita; atque monogamiam, & conjugii indissolubilitatem, ab ipso fuisse relictam. Unde Augustinus lib. 1. de nuptiis & concupiscentia: *Hujus proculdubio Sacramenti res est, ut mar & femina connubio copulati, quamdiu vivunt, inse-*

suam intendit ad cultum Dei prolem educare; & ideo si sine dote vel fidei, intentio unius alterius intentioni contraria erit, & ira inter eos non potest esse conveniens Matrimonium; & propter hoc disparitatis cultus præcedens Matrimonium impedit ne contrahi possit. Tertio, perpetua inter conjuges discordantiarum occasio, ob religionis diversitatem. Quomodo enim potest congenerere caritas, si disrepes fides? ut recte ait Ambrosius lib. 1. de Abraham cap. 9. Hæc & alia plura quæ ex illis de Matrimoniis sequuntur incommoda, recenset Tertullianus libro citato ad uxorem, eisque a diametro opponit bona quæ in Matrimonio inter fideles conjuges esse solent: *Quale jugum (inquit) fidelium duorum, unus spiritus, unus votum, unus discipulus, ejusdem servituti, ambo fratres, ambo confert, nulla spiritus carnis discretio. At quia vere duo in carne una, ubi caro una, unus & spiritus, &c. Talis Christus videtur & audiens gaudet. His pacem suam mittit. Ubi duo, ibi & ipse, ubi & ipse, ibi & malus non est.*

Sunt etiam ejusmodi conjugia jure naturali & divino 57 illicita, quando est periculum subversionis alterius conjugis fidelis, aut male educationis prolis; ideoque fuerit a Deo prohibita in lege veteri, Exodi 34. & Deuter. 7. ubi Deus interdicat Matrimonium Hebræorum cum Gentilibus. Et Apostolus 2. ad Corinth. 6. idem præceptum revocare videtur dicens: *Nolite jugum ducere cum infidelibus. Quæ enim participatio justitiam cum iniquitate? aut quæ societas lucis ad tenebras, aut quæ pars fidelis cum infideli? Quæ verba de jugo Matrimonii exponit Hieronymus lib. 1. contra Jovinianum. Et quamvis essent generaliter intelligenda de commercio & convivio cum infidelibus (ut Chrysolomus, Ambrosius, & Theophylactus interpretantur) a fortiori concluduntur de Matrimonio, cum nullam possit dari copiam commercium cum infidelibus, quam iis indissolubili Matrimonii vinculo copulati. Item 1. ad Cor. 7. præcipit idem Apostolus, ut mulier Christiana, si dormierit vir ejus, non nubat, nisi in Domino, id est cum viro Christiano, ut Ambrosius, Theodoretus, Anselmus & D. Thomas ibidem exponunt.*

58 Dixi, quando est periculum subversionis alterius conjugis fidelis, aut male educationis prolis; si enim desit tale periculum, non videtur esse peccatum contrahere Matrimonium cum infidelibus. Constat enim Jacob uxorem duxisse filiam Laban hominis gentilis, Genes. 29. Joseph Aeneth filiam Putipharis hæreticis Heliopolæ, Genes. 41. Moysem Sephoram filiam Jethro Sacerdotis Madian, Exodi 2. Esther nupti daturam Ahasvero Persarum Regi, Esther a Salomone accepisse filiam Pharaonis, 3. Regum 3. propter quod a Scriptura non reprehenditur. Id etiam confirmat exemplo S. Cecilie, quæ nupsit Valeriano ethnico, ut habetur in ejus vita, & in Officio Romano, S. Monica matris S. Augustini, quæ Patrio ethnico nupsit, ut ipse refert lib. 9. Confess. cap. 9. & S. Clothildis, quæ ex Gregorio Taronenfi 1. 2. histor. cap. 28. & 31. nupsit Clodoveo Regi Francorum, ethnico.

59 Ex quo intelligitur, a fortiori Matrimonia cum hæreticis non semper esse illicita, sed posse, juxta de causa, permitri, vel tolerari. Sufficiens autem censetur causa, primo si hæretici unam constituent Republicam cum Catholicis, ut in multis Gallie, Germaniæ, & Poloniæ partibus factitatur. Secundo, si cessent causæ allatæ, præsertim periculum perversionis a fide, & difficultas suscipiendi prolem catholicæ educandi. Tertio, si effugiat spes conversionis alterius conjugis ad fidem. Quarto, ad pacem inter Principes componendam. Nunquam tamen tolerandum est, ut Catholicus cum hæretico eo pacto contrahat, ut filiorum educatio pertineat ad patrem, filiarum ad matrem, nam hoc esset evidenti periculo exponere prolem a matre hæretica educandam.

60 Dico: Ex præcepto Christi tenentur omnes Catholici, dum Matrimonium contrahunt, illud contrahere sacramentaliter: Sed non contrahunt sacramentaliter cum hæreticis, quia cum erodant Matrimonium non esse sacramentum, non habent intentionem contrahendi sacramentaliter, sine quo sacramentum fieri nonquit; cum ambo contrahentes sint hujus sacramenti ministri, & sine intentione ministri nullum perficiatur sacramentum, ut Florentinum desinit in Decreto Eugenii: Ergo non licet Catholicis Matrimonia cum hæreticis contrahere.

61 Respondeo, concessi Majori, negando Minorem, sufficit enim ad contrahendum sacramentaliter, ut velit hæretici facere id quod Christus instituit; vel quod docet & facit vera Ecclesia, quæcumque illa sit; unde ad hanc intentionem habendam, semper disponenda est conjux hæreticus, contrahens cum Catholico, ne Matrimonium debita dignitate sacramenti frustretur.

Infans: Illo conjux hæreticus intendat facere quod Christus instituit, & facit vera Ecclesia, peccat tamen celebrando & recipiendo hoc sacramentum in statu peccati hæretici: Ergo etiam conjux Catholica peccat contrahendo cum illo, quia cooperatur ejus peccato.

Inseparabiliter perseverent, nec liceat, excepta causa fornicationis, a conjugio conjugem dirimi. Cujus sacramenti sancta observatio est in Ecclesia Christi, quibusque fidelibus conjugatis, qui sine debito membra sunt Christi, ut cum filiorum procreandorum causa, vel nubant femina, vel ducuntur uxores, nec sterili conjugem sui se relinquere, ut alia facienda ducatur.

68 Ex his colligitur, ob nullam mariti absentiam, etiam si de illius morte dubitetur, posse uxorem alteri nubere, ut definit Clemens III. cap. in presentia, de sponsalibus, ubi ait non posse mulieres ad aliorum consortium canonice convolare, donec certum nuntium recipiant de morte viroorum. Quibus verbis significat, ne valide quidem illas posse matrimonium contrahere, donec eis certo constet de morte viroorum. Unde hoc capite correctum fuit jus civile, permittens ut mulier possit alteri nubere, de cuius vita dubitatur: l. uxores, de divortii; vel toto quadriennio, ut permittebat lex Uxor, Codice de repudiis. Nam Clemens III. nullum terminum prefigit, declaratque nullam absentiam sufficere absque certo nuntio.

69 Porro per certum nuntium, unius solum nuntii testimonium intelligi non debet, ita ut sufficiat ad hoc ut mulier possit alteri nubere, unum tantum mortem mariti nuntiare; cum jura dicant, vocem unius, esse vocem pullius; & cum in nulla causa unius testimonium, etiam juramento firmatum, sufficiat ad plenam probationem faciendam, ut l. juris jurandi, cap. de testibus Italicis Constantinus Imperator, & Alexander III. cap. Licet de testibus. Sed per certum nuntium intelligi debet certitudo moralis de morte mariti, que non ex solo unius nuntii testimonio sumi debet, sed ex aliis etiam administrativis, que arbitrio judicis plenam faciant de morte conjugis probationem. Administrata vero quibus fama, vel unius nuntii testimonium juvare potest, hac numerantur a Sanchez lib. 2. disput. 46. num. 15. & sequentibus. Longitudo absentie, & fama generalis de ipsius morte, in loco ubi contigitur dicitur: presertim si locus est adeo remotus, ut alia probationes difficile possint inde haberi. Si mors paratur jam pridem contigitur, & ab eo tempore nihil de illius vita auditum est. Si erat valde senex, vel infirmus valetudinis. Vel si fuit in pralio, & diu expectatus, non est reversus. Si fuit captus ab hostibus, a quibus dicatur interemptus jam a longo tempore, sine ullo nuntio contrario, saltem a persona fide digna accepto, & familia.

70 Si vero contingat, mulierem postquam Matrimonium cum secundo contraxit, certo seire proprium maritum vivere, debet abstinere a consortio alterius, ita ut neque petere, neque ei debitum reddere liceat. Si vero probabiliter dubitet cum vivere, debitum quidem petere non potest, sed teneret illud reddere, ut definit Lucius III. cap. Dominus de secundis nuptiis, ubi sic ait: Si aliquis vel aliqua de morte prioris conjugis adhuc sibi existimat dubitandum, ei qui sibi nupsit, debitum non debet postulare, quod a se tamen noviter nullatenus exigendum. Demum si id suspicetur sine ullo rationis fundamento, debet suspensionem deponere, & cum eo, cui de novo nupsit, ut cum vero conjugio, quoad petitionem & redditionem debiti, se gerere.

ARTICULUS VIII.

De impedimento publicae honestatis.

71 Impedimentum publicae honestatis, est propinquitas quaedam ex sponsalibus proveniens, introducta ab Ecclesia, que fecit quod alter sponsus cum alterius consanguineis Matrimonium contrahere non possit. Equum enim est, & honestati congruum, ut quia in sponsalibus Matrimonium inchoatur, non possit qui cum aliqua sponsalia inivit, cum illius consanguineis Matrimonio copulari.

72 Statuitur hoc impedimentum cap. unico de sponsalibus in 6. cap. Literas, de desponsat. Impuberum, & cap. Juvenis, cap. Ad audientiam, cap. Sponsam, de sponsalibus, & Tridentino sess. 24. Decreto 1. de reformat. Matrimonii, cap. 3. ubi hoc impedimentum valde restringitur; nam jure antiquo nascebatur hoc impedimentum ex quibuscumque sponsalibus, sive validis, sive non, dummodo non essent invalida ex defectu consensus, ut patet ex cap. unico de sponsalibus in 6. ubi Bonifacius VIII. sic loquitur: Ex sponsalibus paris (id est non affectis conditione suspendente) & certis, etiam si consanguinitatis, affinitatis, frigiditatis, Religionis, aut alia quavis ratione sint nulla, dummodo non sint nulla ex defectu consensus, oritur effectus ad impedendum & dirimendum sequentia sponsalia vel Matrimonia, non autem ad presertim dissolvenda, impedimentum justitiae publicae honestatis. Tridentinum vero loc. cit. statuit, ut hoc impedimentum non oriat ex

sponsalibus quomodocumque invalidis: Justitia (inquit) publicae honestatis impedimentum, ubi sponsalia quacumque ratione valida non erant, sancta Synodus prorsus tollit. Præterea cum jure antiquo extenderetur hoc impedimentum usque ad quartum gradum consanguinitatis inclusive, Tridentinum statuit, illud solum usque ad primum gradum debere extendi: Quoniam (inquit) in inferioribus gradibus jam non potest hujusmodi prohibitio inique dispensatio observari. Unde sequitur, Titium, si invalide cum Berta sponsalia per verba de futuro contraxit, posse jam valide consanguineis Bertæ, etiam in primo gradu consilutis, nimirum matri, aut filie, aut forori illius nubere. Si vero sponsalia valide contraxit cum Berta, potest valide Matrimonium copulari cum omnibus consanguineis illius, iis exceptis que in primo gradu consilutæ sunt.

Porro si sponsalia valide contracta de consensu utriusque partis solvantur, censentur invalida, ut declaravit sacra Congregatio Cardinalium, his verbis: Si sponsalia solvantur de consensu, Congregatio censuit esse invalida, subindeque, juxta Tridentini decretum, insufficientia ad impedimentum publicae honestatis inducendum, cum Concilium sponsalia quacumque ratione invalida, inefficacia esse declarat ad hoc impedimentum inducendum. Similiter sponsalia sub conditione de futuro contingenti, hoc impedimentum non parant, ante conditionis adventum. Ex quo infer Bonifacius VIII. c. unico de sponsalibus in 6. Qui sponsalia cum aliqua muliere sub conditione contraxit, si postmodum ante conditionis eventum, cum aliqua prioris consanguinea, per verba contraxerit de presenti, cum secunda remanere debbit; cum ex sponsalibus conditionalibus ante conditionem extantem, si aut consensum non habentibus, & incertis, nulla publice honestatis justitia oriatur.

74 Ex dictis colligitur, quod si Titius post sponsalia valida & absoluta cum Berta, Matrimonium de presenti contrahat cum Martha, sorore Berta, eamque carnaliter cognoscit, neutrum in uxorem habere potest. Non quidem Bertam, propter affinitatem cum ea contractam, ratione copule carnalis cum ejus consanguinea: Neque Martiam, propter impedimentum publicae honestatis, ortum ex sponsalibus cum ejus consanguinea in primo gradu contractis.

75 Querunt hie aliqui, an ex Matrimonio rato & non consummato oriatur impedimentum affinitatis, vel publicae honestatis?

Respondetur, hoc impedimentum non pertinere proprie ad publicam honestatem, que solum ex sponsalibus oritur: nec ad affinitatem perfectam & consummatam, que non oritur, nisi ex copula carnali, ut dicimus articulo sequenti, sed ad affinitatem quamdam inchoatam & imperfectam, que oritur ex societate conjugali, ut docet Sanctus Thomas hic quest. 55. artic. 4. ad 2. his verbis: Matrimonium affinitatem causat, non solum ratione carnalis copule, sed etiam ratione societatis conjugalis, secundum quam etiam Matrimonium naturale est. Unde & affinitas contrahitur ex ipso contractu Matrimonii per verba de presenti, ante carnalem copulam. Quare hoc impedimentum non sicut in primo gradu, sicut impedimentum publicae honestatis, post Concilium Tridentinum, sed se extendit usque ad quartum, ut jure antiquo se extendebat impedimentum publicae honestatis. Sic enim declaravit Pius V. anno 1568. 1. Julii, Bulla que incipit Ad Romanum, his verbis: Nos itaque ut omnis difficultas, dubitatioque tollatur, attendentes, quod sponsalium appellacione, qua Tridentinum Concilium utitur, non nisi improprie, Matrimonium verbis de presenti concepti contractum continetur, quodque agitur de correctione juris veteris; quo casu secundum proprietatem verborum dumtaxat procedendum est, presertim cum longe majorem rationem prohibitionis in Matrimonio per verba de presenti contracto, quam in sponsalibus de futuro vigere a nemine dubitetur: ideoque motu proprio, auctoritate Apostolica, tenore presentium declaramus, & definimus, decretum Concilii hujusmodi omnino intelligendum esse, & procedente in sponsalibus de futuro dumtaxat, non autem in Matrimonio sic, ut presertim, contracto; sed in eo durare adhuc impedimentum in omnibus illis casibus & gradibus, quibus de jure veteri ante predictum decretum Concilii introductum erat. Hac Pius V. qui etiam mandat, ne in alio sensu, quam ab ipso declarato, Tridentini Decretum explicetur.

ARTICULUS IX.

De impedimento affinitatis.

76 Affinitas est conjunctio vel propinquitas orta ex copula carnali, cum commixtione seminum, inter feminam & consanguineis viri qui copulata est, similiterque inter mare & consanguineis femine, cui copulatus fuit, sive talis copula fuerit licita, sive illicita.

77 Explicatur breviter hæc definitio seu descriptio. Affinitas dicitur primo conjunctio seu propinquitas, quia persone que sunt sanguine remotæ, per affinitatem sibi invicem conjunguntur & approxinantur. Ut enim ait lex Non facile ff. de gradibus affinitatis, per nuptias duæ diversæ cognationes inter se copulantur, & altera ad alterius cognationis lineam accedit. Dicitur secundo, Orta ex copula carnali: quia licet societas conjugalis que fit per Matrimonium ratum & non consummatum, sufficiat ad affinitatem quamdam inchoatam & imperfectam, ut articulo precedenti ex D. Thoma ostensum est; ad affinitatem tamen perfectam & consummatam, de qua in presenti loquimur, carnalis copula & Matrimonii consummatio requiritur. Dicitur tertio, cum commixtione seminum, quia, ut ait idem Sanctus Doctor hic quest. 55. artic. 4. ad 2. Vir & mulier efficiuntur in carnali copula una caro, per commixtionem seminum. Unde quoviscumque quis clausum pudoris invadat, vel frangat, nisi commixtio seminum sequatur, non contrahitur ex hoc affinitas. Dicitur quarto, sive talis copula fuerit licita, sive illicita, quia, ut docet Sanctus Thomas ibidem artic. 3. fornicarius concubitus, in quantum aliquid de carnali conjunctione & commixtione, que fit in Matrimonio, participat, affinitatem causat, sicut licitus Matrimonii concubitus: Sed cum duplici discrimine: unum est, quod copula conjugalis ad hoc valet & sufficit sola natura rei, quippe que per se est fundamentum naturalis justissimi amicitie inter conjugem, & consanguineis conjugis sue: copula vero illicita affinitatem causat jure tantum Ecclesiastico, upote que potius est fundamentum inimicitie inter fornicarium & consanguineos ejus cum qua fornicatur. Alterum est, quod affinitas orta ex copula illicita, dirimit tantum Matrimonium usque ad secundum gradum inclusive, ex Tridentino sess. 24. cap. 4. de reformatione Matrimonii: restringente jus antiquum, quo extendebatur usque ad quartum, ut constat ex cap. Non debet, de consanguinit. & affinit. Que vero oritur ex copula licita, id est conjugali, dirimit usque ad quartum gradum inclusive; immo olim extendebatur hoc impedimentum usque ad septimum gradum, ut patet ex c. 7. causa 35. quest. 3. ubi Julius Papa sic loquitur: Nul- lum in utraque sexu permittimus, ex propinquitate sui sanguinis vel uxoris, usque ad septimum generis gradum, uxorem ducere, vel incesti macula copulari. Sed hoc jus fuit restrictum ab Innocentio III. cap. citato, Non debet, ubi restringitur affinitas orta ex copula conjugali ad quartum gradum inclusive.

78 Numerantur autem gradus affinitatis eodem modo quo in consanguinitate, hanc regulam servando: In quo gradu quis est consanguineus mariti, in eodem gradu sit affinis uxori, & e converso. Inter ipsos autem consanguineos mariti, & consanguineos uxoris, nulla mutuo oritur affinitas, ut constat ex cap. Quod super his, de consanguin. ubi Innocentius III. sic ait: Licet omnes consanguinei viri, sint affines uxoris, & omnes consanguinei uxoris viri affines, inter consanguineos tamen uxoris & viri ex eorumdem scilicet viri & uxoris conjugio, nulla probatur affinitas est contracta, propter quod inter eos debet Matrimonium impediri. Unde frater, nepos, pronepos uxoris, possunt Matrimonium contrahere cum sorore, nepte, & pronepte viri; & e contra, frater, nepos, pronepos viri, cum sorore, nepte, & pronepte uxoris. Idem est de consanguineis viri & uxoris sub recta linea positis: privigna enim nubere potest filio vitrici, & e contra privignus filia novece.

79 Quod si queratur, an affinitas in aliquo gradu rectæ aut transverse lineæ, Matrimonium jure nature irritet? respondeo, certum esse, affinitatem in nullo gradu lineæ transverse, dirimere Matrimonium jure nature. Constat hoc ex Scriptura: Genesis enim 29. Jacob dicit duas forores Rachelem & Liam. Genesis 38. ex voluntate Jude Thamar nupsit successivo duobus fratribus. Et in lege Mosaicæ poterat frater relictam sine prole uxorem ducere, quod non fuisse licitum, si juri nature hoc adversaretur. Demum Levit. 18. non solum non prohibetur conjugium cum forore uxoris defunctæ, sed etiam per ista verba, Nec revelabis turpitudinem ejus adhibere illi vivente, significatur mortuus uxore esse licitum.

80 Confirmatur: Pontifex non potest dispensare in his que juri naturali adversantur: At sæpe dispensavit in primo gradu affinitatis lineæ transverse; nam Martinus V. dispensavit cum viro nobili, qui cum affine collateralis in primo gradu contraxerat, ut ex Archidiacono refert Sylvestri, verbo Papa, Alexander VI. dispensavit cum Henrico VIII. Rege Angliæ, ut duceret Catharinam uxorem fratris sui Arturi demortui. Quam dispensationem Clemens VII. consultis Theologis & Canonistis ex totius fere Europæ Academicis, licitam ac validam declaravit, teste Alphonsio de Castro de potest. legis penal. libro 1. cap. 12. Demum non ita pridem Innocentius X. dispensavit cum Casimiro Poloniæ Rege, ut Mariam Gonzagam, Mantuæ Principem, uxorem fratris sui demortui, Matrimonio sibi copularet. Et rursus idem Pontifex cum Senatore Burdigalensi fores successivè uxores haberet, fuitque ad me transfussum Breve dispensationis, per R. P. Joannem Aycard, Ordinis nostri, tunc Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Penitentiarum, postea vero Inquisitorem Avenionensem; licet talis dispensatio non fuerit executioni mandata: Ergo Matrimonium in primo gradu affinitatis transverse lineæ, non est jure nature irritum.

81 Quantum vero ad primum gradum affinitatis lineæ recte, multi non improbabiler existimant, irritari jure nature Matrimonia inter affines in tali gradu, id est inter privignum & novecam, privignum & vitricum, socerum & nurum, socrum & generum: tum quia (inquit) talia Matrimonia a nulla gente fuerunt unquam admilla, sed semper ut nature adversa reprobata. Unde Apostolus 1. ad Corinthios 5. concubitus in primis cum noveca appellat fornicationem, qualis nec inter gentes auditur: tum etiam quia hæcenus Ecclesiæ non dispensavit unquam in illo gradu affinitatis, licet pluries, ut vidimus, in primo gradu affinitatis lineæ transverse dispensaverit.

82 Probabilior tamen videtur sententia que docet, ne Matrimonium quidem gradum affinitatis in linea recta dirimere Matrimonium jure naturali, postque super eo dispensari, sed non nisi ex gravissima causa, propter indecentiam que alioquin apparet in tali Matrimonio, presertim inter novecam & privignum. Ita docent Cajetanus a. 2. quest. 154. artic. 9. circa solutionem tertii, Abulensis super cap. 8. primi Regum. Petrus de Ledesma, Henriquez, Emanuel Sa, Rebellas, Pontius, Amicus, & plures alii, quos refert & sequitur Sanchez libro 7. disputat. 66. Idque plane supponunt canon 61. Concilii Agathensis, & canon 30. Epaoensis, ubi prohibetur quidem Matrimonium privigni cum noveca, sed tamen additur, ut si ante prohibitionem contractum fuerit, non dissolvatur. Idque statuitur ibi, & iidem verbis, de Matrimonio cum relicta fratris vel avunculi, quod fere omnes fatentur non esse irritum jure nature.

83 Potestque id confirmari ex Concilio Aurelianensi III. cap. 19. ubi sic statuitur: In incestu conjunctionibus ista que sunt venient, ut his qui aut modo ad Baptisimum veniant, aut quibus Patrum statuta sacerdotum tali predicatione antea in notitiam non venerunt, ita pro novitate conversionis ac fidei suæ credimus constituendum, ut contracta hucusque hujusmodi conjugia non solvantur, sed in futurum, quod de incestis conjunctionibus in anterioribus canonibus interdictum est, observetur: id est, ut ne quis sibi sub conjugii nomine sociare presumat relictam patris, filiam uxoris, sobriam, nam, consobrinam, vel relictam avunculi, vel patrui. Quibus verbis, cum statuat ut non solvantur ante Baptisimum Matrimonia in gradibus illis affinitatis contracta, illa fuisse valida aperte significat.

84 Nec obstant que in favorem adversæ sententiæ adduximus; nam fallum est, Matrimonia inter affines in primo gradu lineæ rectæ, nunquam fuisse apud Gentiles admilla. Rex enim Seleucus, teste Valerio Maximo, lib. 5. cap. 7. suam uxorem Stratonicam cessit proprio filio Antiocho, ex alia uxore genito, nec factum reprehendit Valerius. Et quamvis talia Matrimonia non sint communiter apud Gentiles admilla, non ducitur certum argumentum ea esse jure nature irrita; ideo enim rarissime sunt, quia in illis quedam apparet indecentia, non vero ex eo quod sint legi naturali adversa.

85 Ad locum vero Apostoli, concubitus privigni cum noveca fornicationem appellantis, qualis nec inter gentes auditur, respondeo Paulum loqui de eo qui vivente patre uxorem ejus acceperat, & quidem etiam ipso invito, ut D. Anselmus & S. Thomas ibidem docent, & colligunt ex verbis illis ejusdem Apostoli, a. Corinth. 7. Scripsi vobis non propter eum qui fecit injuriam, nec propter eum qui passus est, &c.

Quod autem nunquam legatur, Pontifices in eo dispensasse, argumentum est mere negativum, nullam in presenti

fenti materia vim habens; cum enim, ut dicebamus, in Matrimonii illis indecentia quadam appareat, non mirum quod nullus ex Catholicis ea inire unquam teneaverit, nec a Sede Apostolica dispensationem postularerit.

86 Ad perfectam huius impedimenti intelligentiam, obseruandum est, a similitate dirimere duntaxat Matrimonia iam contracta, ut sit interdum per copulam illicitam cum contagine conjugis in primo vel secundo gradu, per eam non dirimitur Matrimonium, sed duntaxat usus illius impeditur; quatenus ille qui copulam inchoatam habuit, privatur iure petendi debitum conjugale (nisi praehabita dispensatione, quam Episcopus dare potest) tamen non privatur facultate reddendi, ne pars innocens puniatur ob delictum alterius. Praeterea privatur etiam spe inveniendi aliud conjugium, si uxori superstes sit, ut declaravimus disputatione precedenti artic. 2. explicando impedimenta ex crimine proventientia, quae impediunt Matrimonium contrahendum.

ARTICULUS X.

De impedimentis impotentiae, clandestinitatis, & raptus.

87 Sobrie ac breviter de impedimento impotentiae agemus, quia plura quae circa illud occurrunt, vix honeste detegi & explicari possunt, magisque ad Medicos quam ad Theologos spectare videntur. Docent ergo communiter Theologi, quod si impotentia ad actum Matrimonii perpetua sit, id est sine miraculo, vel probabili vite periculo tolli non possit, & praecedat Matrimonium, ipsum omnino dirimit, idque etiam iure naturae, quandoquidem ex iure naturae nemo potest se obligare ad impossibile, secus vero si ei superveniat. Quod si impotentia sit tantum temporalis, id est sine miraculo, aut probabili vite periculo, tolli possit, Matrimonium non dirimit. In dubio autem an impotentia praecesserit, an non, iudicandum est praesens, si provenit ab intrinseco; secus vero esse, si ex maleficio, aliave causa extrinseca oritur. Quia quod a natura inest, semper esse praesumitur, non autem quod advenit ab extrinseco, nisi oppositum probetur. Ad experiendum vero, an impotentia sit perpetua vel temporalis, datur conjugibus a iure triennium, quo elapso sine fractu, censetur impedimentum perpetuum, & Matrimonium dissolvi potest, seu declarari invalidum.

Docent etiam, impotentiam esse duplicem, unam absolutam, quae est respectu omnium; alteram respectivam, quae est tantum respectu alicujus: primamque esse impedimentum dirimens, respectu cuiuscumque, id est impediens ne valide cum quocumque vel quocumque contrahatur; alteram vero dirimere quidem Matrimonium respectu illius personae ad quam est, non autem respectu aliarum.

Ad impotentiam autem adducitur aetatis defectus; si quis enim ante pubertatis annos, nempe mas ante decimum-quartum, & femina ante duodecimum aetatis annum expletum contrahat, Matrimonium nullum est, saltem Ecclesiastico iure, nisi forte propinquo legitima aetatis termino, malitia suppleat aetatem.

88 Praeter haec decem impedimenta Matrimonium dirimunt, alia duo suere addita a Tridentino, nempe clandestinitas, & raptus. Nam sess. 24. Decreto de reformat. Matrimonii cap. 1. decernit, ut deinceps non possit valide contrahi Matrimonium, nisi praesente Parocho, vel, de eius licentia, alio Sacerdote, cum duobus aut tribus testibus. De quo iuse disput. 4. artic. 3. agendo de consensu clandestino. Item cap. 6. in raptore sequens decretum edidit: Decernit Sancta Synodus, inter raptorem & raptam, quando ipsa in possessione raptoris manserit, nullum posse consistere Matrimonium. Quod si raptus a raptore separata, & in loco tuto ac libero constituta, illum in virum habere consenserit, eam raptor in uxorem habeat, & nihilominus raptor ipse, ac omnes illi consensum, & severim praesentes, sine ipso iure excommunicati, ac perpetuo infames, omniumque dignitatum incapaces; & si Clerici fuerint, de proprio gradu decedant. Teneatur praeterea raptor mulierem raptam, sine eam uxorem duxerit, sine non duxerit, decem annis arbitrio iudicis detinere. Plura de raptu diximus disput. precedenti artic. 4. Unde de impedimentis Matrimonii nihil aliud hic occurrit dicendum.

89 Quantum vero ad potestatem dispensandi in illis, dico breviter, Summum Pontificem valide dispensare posse in impedimentis omnibus, quae iure Ecclesiastico Matrimonium dirimunt, secus vero in illis quae iure naturali, vel divino, illud dissolvunt. Episcopus autem non potest ordinarie in impedimentis Matrimonii iure positivo dirimendis dispensare, cum hoc impedimenta, vel a Summis Pontificibus, vel a Conciliis generalibus induta fuerint, Quia tamen leges humanae moraliter tan-

tum obligant, id est quantum fieri potest sine gravi scandalo aut detrimento, & dari potest casus in quo maximum detrimentum aufcandalum oritur, si recurrendum esset ad Summum Pontificem, ideo potest in tali casu Episcopus dispensare, ex benigna reservationis interpretatione.

Plures hic agunt de debito conjugali, & modo quibus peccant conjuges in usu Matrimonii, de quo lato ac pingui calamo distulit Sanchez toto libro 9. per quadraginta septem disputationes. Verum quia in hac materia plurima sunt morbis illis similia, quae a Medicis quidem non ignorari necessarium est, sed tamen parum honeste detegi & explicari possunt; ab his in praesenti abstinentum esse, puritati ac modestiae religiose constantiam exstimavi. Unde placet solum hic transcribere praecleara Clementis Alexandrini lib. 2. Pedag. cap. 10. verba, quibus admonentur conjuges honestatis servanda in usu conjugii. a. Quibus (inquit) uxores ducere concessum est, in pedagogo opus est, ut non interdiu natura mystica celebrentur orgia, nec ex Ecclesia v. g. aut ex foro mane rediens, galli more coeat, quando orationis & lectio- nis & efficacium quae interdum sunt operam tempus est. Vespere autem oportet post convivium quiescere, & post gratiarum actionem quae fit Deo pro bonis quae accepimus. Non semper autem concedit tempus natura, ut peragatur congressus Matrimonii: est enim conjunctio eo desiderabilior, quo diuturnior. Neque vero noctu tanquam in tenebris se immodeste & intemperanter gerendum est; sed verecundia tanquam lux rationis in animo est includenda. Nihil enim a Penelope telam texente differemus, si interdiu quidem texamus dogmata temperantiae, noctu autem ea retexamus, cum in cubile venerimus. Si enim honestatem oportet exercere, modo magis uxori tuae offendenda est, inhonestas vitando conjunctiones, & quod caste vereturis cum proximis, fide dignum et domo adit testimonium. Non est enim aliquid honestum apud eam reputandum, apud quam non est telata ac probata honestas in acerbis illis voluptatibus. Benevolentia autem, quae fatetur se ferri praecipitem ad congressionem, exitus floret tempore, & cum corpore confenscit, nonnunquam autem etiam praesentit, flaccescit iam libidine, quando Matrimoniale moderationem ac temperantiam meretricia voluptates injuria affecerint. Amantium enim corda sunt volucra, amorique irritamenta exstinguuntur saepe potentia; amorque saepe vertitur in odium, quando reprehensionem senserit fides. Impudentium vero verborum, & turpium figurarum, meretriciorumque osculorum, & huiusmodi lasciviarum nomina, ne sunt quidem memoria tenenda, beatum sequentibus Apostolum, qui aperte dicit: Fornicatio autem, & omnis immunditia, vel plura habendi cupiditas, ne nominetur quidem in vobis, sicut decet sanctos. Recte ergo dixisse videtur quispiam: Nulli quidem profuit coitus, bene autem cum eo agitur, si non etiam laeserit.

Addam quae scribit Augustinus in libro de bono conjugali: Concupiscentia (inquit) necessarius causa generandi, inculpabilis, & solus ipse impudens est. Ille autem qui ultra necessitatem progreditur, jam non rationi, sed libidini obsequitur. Et rursus: Reddere debitum conjugale, nullius est criminis, exigere autem ultra necessitatem generandi, culpa venialis. Unde Gregorius Magnus de cura pastoral. part. 3. admonitione 28. Admonendi sunt conjuges (inquit) ut suspensio proli se memoriter causa conjugum, & cum immoderata admirationi servientes, propagationis articulum in usum transferunt voluptatis, perpendant quod licet extra non esseant, in ipso tamen conjugio, conjugii iura transgrediantur. Unde necesse est ut crebris exhortationibus moneantur, ut desistant quod pulcrum copulae speciem admixti voluptatibus sedant.

Dices: Actus conjugii licite & absque ulla culpa exerceri potest, ad vitandum fornicationem; unde Matrimonium dicitur esse institutum in remedium concupiscentiae. Ergo potest fieri etiam absque veniali culpa, quamvis aliorum generatio non intenditur.

Respondeo ex D. Thoma in 4. dist. 31. quest. 3. art. 2. ad 2. Si aliquis per actum Matrimonii intendat vitare fornicationem in conjugio, non est aliquid peccatum, quia hoc est quaedam redditio debiti, quoad ad bonum fidei (Matrimonii) pertinet. Sed si intendat vitare fornicationem in se, sic est ibi aliqua superfluitas, & secundum hoc est peccatum veniale: nec ad hoc est Matrimonium institutum, nisi secundum indulgentiam, quae est de peccatis venialibus. Idem docet S. Bonaventura ibidem num. 24. his verbis: Dicendum quod qui coit causa fornicationis vitanda, aut hoc est in se, aut in altero. Si in altero, ut reddat debitum, hoc est pars iustitiae, hoc est fidei, & est de bono Matrimonii, recte ideo omnino a culpa excusatur, qui vero coit causa fornicationis vitanda in se, in hoc semper peccat venialiter. Ex quo intelliges veritatem esse quod ait Augustinus in libro de bono

bono conjugali: Hoc san magnum est, ut multi hodie facilius se tota vita ab omni concubitu abstineant, quam modum teneant coeundi, nisi proli causa, si Matrimonio copulentur.

94 D. Thomas quest. 65. Supplementi agit de pluralitate uxorum, quest. 66. de bigamia, & quest. 67. de libello repudii. Verum quia de his, vel superioribus disputationibus, vel in Tractatu de Ordine, iuse differui, Tractatu de Matrimonio, itoque Theologiae nostrae finem imponam, verbis illis quae scribit Augustinus in Proemio libri 3. de Trinitate: in omnibus litteris meis, non solum pium Lectorem, sed etiam liberum correctorem desidero. Verumamen Lectorem sicut meum nolo mihi esse debitum, ita correctorem nolo sibi. Ille me non amet amplius, quam Catholicam veritatem. Sicut illi dico, noli meae litteras quasi Canonici inservire; ita isti dico, noli meae litteras ex tua opinione, vel contentione, sed ex divina lectione, vel inconcussa ratione corrigere.

Omnia vero scripta, vel scribenda, Romanae Ecclesiae Censurae humiliter subijcio, cujus & protectionem, ubi

contra inimicos Dei pugnaverit; contra ionem, ubi erravero; approbationem, ubi recte sensero, enixe postulo & totis votis. Quidquid ab illa proscriptum, improbo; damnatum, damno; anathematizatum, anathematizo. Haec est columna & firmamentum veritatis, errorum expultrix, haereseum domatrix, Apostolicae Traditionis cultus, bonorum morum magistra, & vera ac viva, incorruptaque fidei regula. Haec denique navis illa Petri, quae perire non potest, & de qua Christus, verus & unicus magister noster, turbas docuisse dicitur; mystice nobis insinuans, quod apud Romanam Ecclesiam totius Christianae doctrinae auctoritas & magisterium remaneret. Quicumque ergo aliquid ab Ecclesiae Romanae doctrina dissonum sentit, haud dubie errat. Qui cum Romano Pontifice, Petri successore & Christi Vicario, non colligit, spargit. Demum, ut Hieronymi verbis ad Damasum utar, & huic operi finem imponam Epist. 57. Ego nullum primum nisi Christum sequens, Cathedra Petri communionem conficior. Super illam petram aedificaram Ecclesiam scio. Quicumque extra haec domum agnum comederit, profanus est. Si quis in hac arca Noe non fuerit, peribit, regnante diluvio.

Finis Tomi V. Clypei Theologiae Thomisticae.